orum letantem. Gloria. an̄. Leua eius sub capite
meo. et dextera illius amplexabitur me. Antā.
Nigra sum. Psalmus dauid prophete.
Letatus sum in his que dicta sunt mihi in
domum dn̄i ibimus. Stantes erāt pedes
nr̄i. in atrijs tuis hyerusalem. Hyerusalem que
hedificatur ut ciuitas. cuius pticipatio eius in
idipm̄. Illuc enim ascenderunt tribus trib9 dn̄i
testimonium ysrael. ad cōfitendum nomini dn̄i.
Quia illic sederunt sedes in iudicio. sedes super
domū dauid. Rogate que ad pacē sunt hyerl̄m.
et habundātia diligentibus te. Fiat pax in uirtu-
te tua et habundātia in turribus tuis. Propter
fratres meos. et proximos meos. loquebar pacem
de te. Propter domum dn̄i dei nr̄i. quesiui bona
tibi. Gloria. A. Nigra sum. sed formosa filia yeru-
salem. ideo dilexit me rex. et introduxit me in cu-
biculum suum. an̄. Jam hyems. Psalmus.

Nisi dñs edificauerit domum. in uanum la
borauerunt qui hedificant eam. Nisi dñus
custodierit ciuitatem. frustra uigilat qui custodit
eam. Vanum est uobis ante lucem surgere. surgi
te postqȝ sederitis. qui māducatis panem doloris.
Cum dederit dilectis suis somnū. ecce hereditas
dñi filij merces fructus uētris. Sicut sagitte i ma
nu potentis. ita filij excussorum. Beatus uir qui
impleuit desideriū suū ex ipis. nō cōfundetur cū
loquetur inimicis suis in porta. Gloria. ant. Iam
hyems transijt. ymber abijt et recessit. surge ami
ca mea et ueni. ant. Speciosa. Psalm' dauid.

Lauda yerusalem dñm. lauda deum tuū syon
Quoniam cōfortauit seras portarum tuarum
benedixit filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos
pacem. et adipe frumēti satiat te. Qui emittit elo
quium suū terre. uelociter currit sermo eius. Qui
dat niuem sicut lanam nebulam sicut cinerē spar
git. Mittet cristallum suā sicut bucellas. ante fa
ciem frigoris eius. quis sustinebit. Emittet uer
bum suum. et liquefaciet ea. flabit spiritus eius
et fluent aque. Qui annūtiat uerbum suū iacob
iusticias et iudicia sua ysrael. Non fecit taliter
omni nationi. et iudicia sua nō manifestauit eis.
Gloria. añ. Speciosa facta es et suauis in delici
is tuis sancta dei genitrix. Capitulum.

Ab inicio et ante secula creata sum. et usque
ad futurum seculum nō desinam. et in habi
tacione sācta coram ipō ministraui. ℟ Deo grãs.

Aue maris stella dei mater alma. atqȝ semp
uirgo felix celi porta. Sumens illud aue ga

brellis ore fūda nos in pace mutās eue nomen.
Solue uincla reis profer lumen cecis. mala nr̄a
pelle bona cuncta posse. Mōstra te esse matrem.
sumat p te preces. qui pro nobis natus tulit esse
tuus. Uirgo singularis inter omnes mitis. nos
culpis solutos mites fac et castos. Uitam presta
puram. iter para tutum. ut uidentes iesum semper
colletemur. Sit laus deo patri. sūmo xp̄o decus sp̄i
tui sancto tribus honor unus Amen. ℣. Diffusa est
gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te de
us in eternum. ant. Beata mater. Canticum.
Magnificat anima mea dn̄m. Et exultauit
spiritus meus in deo salutari meo. Quia
respexit humilitatē ancille sue. ecce enim ex hoc
beatam me dicent oēs generationes. Quia fecit
mihi magna qui potens est. et sanctum nomen ei.
Et misericordia eius a progenie i progenies timē
tibus eum. Fecit potentiam in brachio suo. dis
persit superbos mēte cordis sui. Deposuit potētes
de sede. et exaltauit humiles. Esurientes iple
uit bonis. et diuites dimisit inanes. Suscepit ys
rael puerum suum. recordatus misericordie sue.
Sicut locutus est ad patres nostros habraam et
semini eius in secula. Gl̄ia. Ant. Beata mater et
innupta uirgo gloriosa regina mundi intercede
pro nobis ad dn̄m. Kyriel. xpel. kyriel. ℣. Dn̄e
exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad
te ueniat. Oremus. ORATIO.
Concede nos famulos tuos quesumus dn̄e
deus perpetua mentis et corporis sanitate
gaudere. et gloriosa b̄te marie semper uirginis

interceſſione a preſenti liberari triſticia. et eterna
perfrui leticia. Per xpm dnm nrm amē. Pro ſctis
Scti dei oēs intercedere. rc. ut ſupra ad pmā. V. Le
tamini in dno. et exultate iuſti. R. Et gloriamini
oēs recti corde. Orō. Protege dne pplm tuum.
Orō. Omnes ſācti. ut ſupra. Ad cōpletoriū.



Onuerte nos deus ſalutaris nr̄. Et
auerte iram tuam a nobis. Deus
in adiutorium meum intende. Do
mine ad adiuuandum me feſtina.
Gloria pri. In fine. Alleluya. Ps.
Sepe expugnauerūt me a iuuētute mea. di
cat nunc yſrael. ſepe expugnauerūt me a iu
uentute mea. etenim nō potuerūt mihi. Supra dor
ſum meum fabricauerūt peccatores. prolongauerūt
iniquitatē ſuā. Dns iuſtus cōcidet ceruices pecca
torum. cōfūdantur et cōuertant retrorſum oēs q ode
runt ſyon. Fiant ſicut fenū tectorū quod priuſqz
euellatur exaruit. De quo nō impleuit manū ſu
am qui metet. et ſinū ſuū qui manipulos colliget.
Et nō dixerūt qui preteribāt. bñdictio dni ſuper
uos. bñdiximus uobis in noīe dni. Gloria. Psal.
De profundis clamaui ad te dne. dne exaudi
uocē meā. Fiant aures tue intendētes i uocē
deprecationis mee. Si iniquitates obſeruaueris
dne. dne quis ſuſtinebit. Quia apud te propitia
tio eſt. et propter legē tuā ſuſtinui te domine. Su
ſtinuit anima mea in uerbo eius. ſperauit aīa mea in
dno. A cuſtodia matutina uſqz ad noctē ſperet yſra
el in dno. Quia apud dnm miſericordia et copio
ſa apud eum redēptio. Et ipſe redimet yſrael ex

omnibus iniquitatibus eius. Gloria. Psalm'
Domine non est exaltatum cor meum. neqz elati sunt oculi mei. Neqz ambulaui i magnis neqz in mirabilibus sup me. Si nō humiliter sentiebam. sed exaltaui aiam meam. Sicut ablactatus sup matrē suam, ita retributio in aia mea. Speret ysrael ysrael in dño ex hoc nunc et usque in seculum. Gloria. Hymus.
Memento salutis auctor utsupra. Capitulū.
Ego mater pulcre dilectionis et timoris. et magnitudinis et sancte spei. ℟ Deo grās. ℣. Ora pro nobis sācta dei genitrix. ℟ Ut digni efficiamur promissionibus xpi. añ. Sub tuū presidium. Canticum simeonis prophete
Nunc dimittis seruum tuum dñe secundum uerbū tuū in pace. Quia uiderūt oculi mei salutare tuū. Quod parasti ante faciē omniū populorū. Lumen ad reuellationem gentium et gloriā plebis tue ysrael. Gloria pri. Anta.
Sub tuū presidiū cōfugimus sancta dei genitrix nr̄as deprecationes ne despicias in necessitatib' sed apericulis cunctis libera nos semp uirgo gloriosa. atqz benedicta. Kyriel. xpēl. kyriel. ℣s.
Dñe exaudi orationem meam. ℟ Et clamor meus ad te ueniat. O R A T I O.
Beate et gloriose semperqz uirginis marie quesumus dñe intercessio gloriosa nos protegat. et ad uitam eternam perducat. Per xpm dñm nr̄m. ℟ Amen. Ant Sancti dei oēs ꝛc. Letamini. ℟ Et exultamini. ꝛc orō ꝛ. Exaudi nos. orō. Omnes sācti. utsupra ante primam. orō

Salue regina miſericordie uita dulcedo et
ſpes nr̄a ſalue. ad te clamamus exules fi
li eue ad te ſuſpiramus. Gementes et flentes in
hac lacrimarū ualle. Eya ergo aduocata nr̄a il
los tuos miſericordes oculos ad nos cōuerte. Et
yeſum benedictū fructū uentris tui nobis poſt hoc
exiliū oſtende. O clemens o pia o dulcis uirgo
maria. ℣. Ora pro nobis ſc̄a dei genitrix ℟. Ut di
gni efficiamur promiſſionibus xp̄i. Oratio.
Omnipotens ſempiterne deus qui glorioſe
uirginis matris marie corpus et animā. ut
dignum filij tui habitaculū effici mereretur. ſpiri
tu ſc̄to cooperāte preparaſti. da ut cuius cōme
moratione letamur eius pia interceſſiōe ab iſtan
tibus malis. et a morte perpetua liberemur. Per
eundē xp̄m dn̄m nr̄m. ℟. Amen. Iſti tres pſalmi
ſequentes dicuntur die martis et die ueneris.
ad matutinum. Ant. Specie tua et pulc̄. Ps.
Eructauit cor meum uerbum bonū. dico e
go opera mea regi. Lingua mea calamus
ſcribe uelociter ſcribentis. Specioſus forma pre
filijs hoīz. diffuſa eſt grā in labijs tuis. ppterea
benedixit te deus in eternū. Accingere gladio
tuo ſuper femur tuū potentiſſime. Specie tua
et pulcritudine tua. intende proſpere procede et
regna. Propter ueritatē et manſuetudinem et
iuſticiam. et deducet te mirabiliter dextera tua
Sagitte tue acute ppl'i ſub te cadēt. in corda
inimicorū regis. Sedes tua deus in ſeculū ſecl'i
uirga directiōis uirga regni tui. Dilexiſti iuſti
ciam et odiſti iniquitatē. propterea unxit te ds̄

deus tuus oleo leticie pre cōſortibus tuis. Mirra et gutta et caſſia. a ueſtimētis tuis. a domibus eburneis. ex quibus delectauerūt te filie regum in honore tuo. Aſtitit regina a dextris tuis. in ueſtitu deaurato circūdata uarietate. Audi filia et uide. et inclina aurē tuā. et obliuiſcere pplm tuum et domū pris tui. Et cōcupiſcet rex decorē tuum quī ipſe eſt dn̄s deus tuus. et adorabūt eum. Et filie tyri in muneribus uultum tuū deprecabūtur omnes diuites plebis. Omnis gloria eius filie regis. ab intus in fimbriis aureis circūamicta uarietatibus. Adducētur regi uirgines poſt eā. proxime eius afferētur tibi. Afferentur tibi in leticia et exultatiōe. adducētur in tēplū regis. Pro patribus tuis. nati ſūt tibi filij. cōſtitues eos principes ſuper omnē terrā. Memores erūt nois tui dn̄e in omni generatiōe et generationē. Propterea populi cōfitebūtur tibi in etnū et in ſeculum ſeculi. Gloria. An. Specie tua et pulcritudine tua intende proſpere procede et regna. V. Adiuuabit eā ds.

Deus nr̄ refugium et uirtus adiutor in tribulationibus que inuenerūt nos nimis. Propterea nō timebimus dum turbabitur terra. et trāſferentur mōtes in cor maris. Sonuerūt et turbate ſunt aque eorū. cōturbati ſūt mōtes i fortitudine ei⁹. Fluminis impetus letificat ciuitatē dei. ſanctificauit tabernaculū ſuū altiſſimus. Deus in medio eius nō cōmouebitur. adiuuabit eā ds mane diluculo. Conturbate ſūt gētes. et inclinata ſūt regna. dedit uocē ſuam. et mota eſt terra. Dominus uirtutū nobiſcū. ſuſceptor nr̄ ds iacob.

Venite et uidete opera dñi que posuit prodigia su
per terrã. auferẽs bella usqꝫ ad finẽ terre. Arcū cõ
teret et cõfringet. arma et scuta cõburet igni. Vaca
te et uidete. qm̄ ego sum deus. exaltabor in gentibus
et exaltabor in terra. Dn̄s uirtutū nobiscū. susceptor
nr̄ deus iacob. Gloria. an̄. Adiuuabit eã dš uultu
suo. an̄. Sicut letantium. Ps̄ d a u i d.
Fundamẽta eius in mõtibus sanctis. diligit
dn̄s portas sion. super oĩa tabernacula iacob.
Gloriosa dicta sūt de te ciuitas dei. Memor ero ra
ab. et babilonis scientiū me. Ecce alienigene et
tyrus. et populus ethiopum. hi fuerūt illic. Nun
quid syon dicet homo. et homo natus est in ea. et
ipse fundauit eam altissimus. Dn̄s narrabit i scri
pturis pplor̄ū. et pricipum horum qui fuerūt in ea.
Sicut letãtiū omnium nr̄m habitãtiū oĩum nr̄m.
habitatio est in te. Gloria. an̄. Sicut letantiū om
nium nr̄m habitatio est in te sãcta dei genitrix. ℣.
Diffusa est grã i labijs tuis. ℟. Propterea bñdixit
te deus in eternū. Pater nr̄. Absolutio. Pre
cibus et meritis &c. Vt supra ad matutinū. Tres
psalmi sequẽtes dicũtur die mercurij. & die sab
bati ad matutinum. Gaude Maria. Psalmus.
Cantate dño canticū nouū. cantate dño om
nis terra. Cantate dño et bñdicite nomi
ni eius. annũtiate de die in diẽ salutare eius.
Annuntiate inter gẽtes gloriã ei9. in oĩbus pplis
mirabilia eius. Qm̄ magnus dñs. et laudabilis ni
mis. terribilis est super oẽs deos. Qm̄ omnes dij
gentiū demonia. dñs autẽ celos fecit. Cõfessio &
pulcritudo in cõspectu eius. sanctimonia et mag

ficentia in ſanctificatione eius. Afferte dn̄o pr̄ie
gentiū. afferte dn̄o gloriā et honorem. Tollite
hoſtias et introite atria eius. adorate dn̄m i at
rio ſācto eius. Commoueatur a facie eius uni
uerſa terra. dicite in gentibus quia dn̄s regna
uit. Et enim correxit orbē terre qui nō cōmoue
bitur. iudicabit pp̄los in equitate. Letētur celi
et exultet terra. cōmoueatur mare et plenitudo
eius. gaudebūt cāpi. et omnia que in eis ſunt.
Tunc exultabūt oīa ligna a facie dn̄i quia uēit
qm̄ uenit iudicare terram. Iudicabit orbē tēre
in equitate. et pp̄los in ueritate ſua. Gloria. an̄.
Gaude maria uirgo cūctas hereſes ſola interemi
ſti in uniuerſo mundo. an̄ Dignare me. Pſal.
Dominus regnauit exultet terra. letentur i
ſule multe. Nubes et caligo in circuitu ei
us. iuſticia et iudiciū correctio ſedis eius.
Ignis ante eum precedet. et inflāmabit in
circuitu inimicos eius. Illuxerūt fulgura eius
orbi terre. uidit et cōmota eſt terra. Montes ſi
cut cera fluxerūt a facie dn̄i. a facie dn̄i oīs tr̄a.
Annuntiauerūt celi iuſticiā eius. et uiderūt om
nes pp̄li gloriā eius. Confundātur oēs q ado
rant ſculptilia. et qui gloriātur in ſimulacris
ſuis. Adorate eū oēs angeli eius. audiuit et
letata eſt ſyon. Et exultauerūt filie iude pro
pter iudicia tua dn̄e. Qm̄ dn̄s altiſſimus ſup
omnē terram. nimis exaltatus es ſup oēs deos.
Qui diligitis dn̄m odite malū. cuſtodit dn̄s
aīas ſctorū ſuorū. de manu peccatoris liberauit
eos. Lux orta eſt iuſto. et rectis corde leticia.

Letamini iusti in dn̄o. et cōfitemini memorie ſanctificationis eius. Gloria. ℣. Dignare me laudare te uirgo ſacrata. da mihi uirtutē ↄtra hoſtes tuos. ant. Poſt partum uirgo. Pſalmus.

Cantate domino canticū nouū. quia mirabilia fecit. Saluauit ſibi dextera ei⁹: ⁊ brachium ſanctū eius. Notum fecit dn̄s ſalutare ſuum in cōſpectu gentiū reuellauit iuſticiā ſuam. Recordatus eſt miſericordie ſue. et ueritatis ſue domui yſrael. Viderūt omnes termini terre. ſalutare dei nr̄i. Iubilate deo oīs terra. cantate et exultate et pſallite. Pſallite dn̄o in cytharra in cythara et uoce pſalmi. in tubis ductilibus. et uoce tube cornee. Iubilate in cōſpectu regis dn̄i. moueatur mare et plenitudo eius orbis terrarū. et qui habitant in eo. Flumina plaudent manu ſimul mōtes exultabunt a cōſpectu dn̄i. qm̄ uenit iudicare terram. Iudicabit orbē trarū in iuſticia. et pp̄los i equitate. Gloria pr̄i. Ant. Poſt ptum uirgo iuiolata pmanſiſti dei genitrix intercede pro nobis. ℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. ℟. Propterea benedixit te deus in eternū. Pater nr̄. Abſolutio. Precibus et meritis. ut ſupra. A ueſpis pmū ſabbati de aduentu. uſqȝ ad uigiliam natiuitatis dn̄i agitur officium bt̄e marie uirginis mō ſbſcripto. Sabbo ante pmā dn̄icam de aduētu. Ad ueſpas bt̄e marie ꝟginis Antā. Miſſus eſt gabriel angelus cū reliquis de laudib⁹ ⁊ dicitur pš ↄſueti.

Egredietur uirga de radice yeſſe Caplm. et flos de radice eius aſcendet ⁊ requieſcet

ſuper eum ſpiritus dñi. ℟. Deo grãs Hym et uerſiculi ut ſupra. Ad magnificat Ant. Sp̃s ſãctus ſuperueniet in te maria ne timeas. habebis i utero filium dei alla. ORATIO

DEus qui de bte marie uirginis utero uerbum tuũ angelo nuntiãte carnẽ ſuſcipe uoluiſti preſta ſupplicibus tuis. ut qui uere eam dei genitricẽ credimus eius apud te interceſſionib' adiuuemur. Per eũdẽ xp̃m dñm nr̃m. ℟. Amen

An. Ecce dñs ueniet. et oẽs ſancti eius cum eo. et erit in die illa lux magna alleluya. ℣. Ecce apparebit dñs ſup nubem candidam. ℟. Et cũ eo ſanctorũ milia. ORATIO

COnſcientias nr̃as queſumus dñe uiſitãdo purifica. ut ueniẽs yħs xp̃s filius tuus dominus nr̃ cum omnibus ſanctis paratam ſibi i nobis inueniat manſionẽ. Qui tecum uiuit.

Supradicte orõnes et antẽ et ũſiculi predcõ mõ dicuntur p oẽs horas. Ad matutinũ inuitatoriũ. antẽ. pſalmi et uerſiculi nõ mutantur uſqz ad lectiones preter antã noni pſalmi .ſ. Poſt partum loco cuius dicit' Antã. Angelus domini nuntiauit marie. et cõcepit. Lcõ prima.

MIſſus eſt angelus gabriel de ſp̃u ſãcto. a deo in ciuitatẽ galilee cui nomẽ nazareth. ad uirginẽ deſpõſatam uiro. cui nomẽ erat ioſeph de domo dauid. et nomen uirginis maria. Et ingreſſus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena dñs tecum. bñdicta tu in mulieribus. Tu autẽ dñe miſerere nobis. Deo gratias. ℟. Miſſus eſt gabriel angelus a deo i ciuitatẽ

galilee

galilee ad mariam uirginem deſponſatam ioſeph.
nuncians ei uerbum: et expaueſcit uirgo de lumi
ne. ne timeas maria. inueniſti gratiam apud do
minum. Ecce cōcipies et paries. et uocabitur al
tiſſimi filius. ℣ Dabit ei dn̄s deus ſedē dauid
patris eius. et regnabit in domo iacob in eternū.
Ecce cōcipies. Lectio ſecunda.

Que cum audiſſet turbata eſt in ſermone
eius. et cogitabat qualis eſſet iſta ſaluta
tio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria inuem
ſti enim grām apud deum. Ecce cōcipies i utero
et paries filium. et uocabis nomen eius ieſum
Hic erit magnus. et filius altiſſimi uocabitur.
et dabit illi dn̄s ds̄ ſedem dauid patris eius. et
regnabit in domo iacob in eternū. et regni eius
non erit finis. Tu autē dn̄e miſerere nobis ℟.
Deo grās. ℟ Aue maria gratia plena dn̄s tecū
Sp̄s ſcs̄ ſuperueniet in te. et uirtus altiſſimi ob
umbrabit tibi. quod enim ex te naſcetur. ſāctū
uocabitur filius dei. ℣ Quomō fiet iſtud quoni
am uirū nō cognoſco. et reſpondens angelus dix
ei. Sp̄s ſcs̄. Lectio tertia.

Dixit autem maria ad angelum. Quomō
fiet iſtud qm̄ uirū nō cognoſco. Et rn̄dēs
angelus dixit ei. Sp̄s ſcs̄ ſup̄ueniet in te. ⁊ ūtus
altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq3 et quod naſce
tur ex te ſāctum uocabitur filius dei. Et ecce
heliſabeth cognata tua. et ipſa cōcepit filiū in
ſenectute ſua. Et hic mēſis eſt ſextus illi que
uocatur ſterilis. quia non erit īpoſſibile apud
deum omne ūbū. Dixit autē maria. Ecce an

cilla dñi fiat mihi secundũ uerbũ tuũ. Tu au
tem dñe miserere nobis. ℟. Deo gratias. ℟.
Suscipe uerbũ uirgo maria quod tibi a dño
per angelũ transmissum est cõcipies deum pa
riter et hominẽ. Ut bñdicta dicaris inter oẽs
mulieres. ℣. Paries quidẽ filiũ. et uirginitatis
nõ patieris detrimẽtum. efficieris grauida. et
eris mater semp intacta. Ut bñdicta dicaris ĩte
oẽs mulieres. Gloria prĩ et filio. et spiritui sãcto
Ut. Ad laudes et p horas ant. Missus est ga
briel angelus ad mariã uirginẽ despõsatam io
seph. ps. Dominus regnauit decorem. añ Aue
maria gratia plena dominus tecũ. bñdicta tu in
mulieribus all'a. ps. Jubilate deo oĩs terra. a. Ne
timeas maria. inuenisti grãm apud dñm. ecce
cõcipies et paries filiũ alleluya. ps. Deus ds ms.
ad te de luce. a. Dabit ei dñs ds sedẽ dauid pa
tris eius. et regnabit in eternũ. ps. Bñdicite o
mnia opa dñi. añ. Ecce ancilla dñi fiat mihi
secũdum uerbũ tuum. ps. Laudate dñm. Cap.
Egredietur uirga de radice yesse. Hymni et uersi
culi et psalmi p oẽs horas dicũt sic ante aduẽ
tum pret ũsiculos none et cõplectorij. Ad bñdcs
ant. Sps scs ĩ te descendet maria. ne timeas ha
bebis in utero filiũ dei all'a. ordnes uts ĩ uespis.
Ad primã antã. Missus est. Capitulum.
Ecce uirgo cõcipiet et pariet filium. et uo
cabitur nomen eius emanuel. butirũ et
mel comedet ut sciat reprobare malũ et eligere
bonũ. ℟. Deo grãs. Ad tertiaz. a. Aue maria. Cap.
Egredietur uirga de radice. Ad sextam. ant

Ne timeas maria. Capitulum.
Dabit ei dñs deus sedem dauid patris eius
et regnabit i domo iacob in eternū. et regnū
eius nō erit finis. Deo grās Ad nonā aū. Ec
ce ancilla dñi. Cap. Ecce uirgo cōcipiet. ℣. An
gelus dñi nuntiauit marie. ℟. Et cōcepit de spi
ritu sctō. Ad uespas ant. Missus est. cū rel de la
udibus et psalmi ꝯsueti. Cap. Egredietur ūga
de radice iesse. cū reliqs utsupra in alijs uespis.
Ad ꝯplectoriū Cap. Ecce uirgo cōcipiet et pa
riet. ℣. Angelus dñi nūtiauit Ad Nūc dimittis.
ant. Sps sanctus ite descēdet. ¶ Notandum q a
uigilia natiuitatis dñi usqz ad purificationē
bte marie uirginis fit officiū sicut ante pēteco
sten. excepto q ad oēs horas dicitur Oratio.
Deus qui salutis eterne. additis orōnibus de
apostolis cū alijs ad oēs horas sicut scriptū ē
in officio ante aduētū. Item ad laudes et per
horas dicūtur subscripte ante. anta. O admi
rabile comertiū creator generis humani anima
tum corpus sumēs de uirgine nasci dignatus ē.
et procedēs homo sine semine largitus ē nobis
suam deitatē. aū. Quando natus es ineffabili
ter ex uirgine tūc implete sūt scripture. sicut plu
uia in uellus descendisti. ut saluum faceres ge
nus humanū. te laudamus deus nr. aū. Ru
bum quē uiderat moyses icōbustū cōseruatam
agnouimus tuā laudabilē uirginitatē. dei gen
trix intercede pro nobis. aū. Germinauit radix
yesse. orta est stella ex iacob. uirgo pepit saluato
rem. te laudamus ds nr. aū. Ecce maria genuit

nobis ſaluatorē quē ioannes uidēs exclama
uit dicēs. Ecce agnus dei. ecce qui tollit pec
cata mundi all'a. Ad bndc̄s an̄. Mirabile
miſteriū declaratur hodie. innouātur nature,
deus homo factus eſt. id quod fuit pmāſit: ꝛ qđ
nō erat aſſumpſit nō comiſtionē paſſus neque
diuiſionē. Ad magnificat ꝛ ad nūc dimittis an̄.
Magnū hereditatis miſteriū. templū dei factus
eſt uterus neſciēs uirū. nō eſt pollutus ex ea car
nem aſſumens. oēs gentes ueniēt dicētes. gloria
tibi dn̄e. ¶ Nota q᷑ a ueſpis ſabbi ſc̄ti uſqꝫ ad
aſcenſionem fit officium bte marie uirginis. ſi
cut ante aduētuz. excepto q᷑ ad magnificat et
ad nunc dimittis et ad benedictus dicitur: an̄.
Regina celi letare all'a. quia quē meruiſti
portare all'a. reſurrexit ſicut dixit all'a. ora
pro nobis deum alleluya. Finit officiū uirgi
nis marie. ¶ Incipiūt ſeptem pſalmi peniten
tiales an̄. Ne reminiſcaris dn̄e. Pſalmus.



Domine ne in furore tuo arguas me,
neqꝫ in ira tua corripias me. Miſerē
mei dn̄e. qm̄ īfirmus ſum. ſana me
dn̄e. qm̄ cōturbata ſunt oſſa mea.
Et anima mea turbata eſt ualde.
ſed tu dn̄e uſque quo. Conuertere dn̄e et eri
pe aīam meam. ſaluū me fac propter miſericor
diam tuam. Qm̄ nō eſt in morte qui memor ſit
tui. in inferno autē quis cōfitebitur tibi. Labora
ui in gemitu meo. lauabo p ſingulas noctes lectū
meum. lacrimis meis ſtratū meū rigabo. Turba
tus eſt a furore oculus meus. inueteraui int᷑ oēs

inimicos meos. Discedite a me omnes qui ope-
ramini iniquitatē. qm̄ exaudiuit dn̄s uocē fletꝰ
mei. Exaudiuit dn̄s deprecationē meā. dominꝰ
orōnē meā suscepit. Erubescant et cōturbentur
uehemēter oēs inimici mei. cōuertantur et erube-
ſcant ualde uelociter. Gloria patri. Psalmꝰ.
BEati quorum remiſſe sūt iniquitates. et
quorum tecta sūt peccata. Beatus uir cui
non īputauit dn̄s peccatū. nec est in ſpiritu eius
dolus. Qm̄ tacui inueterauerūt oſſa mea. dum
clamarem tota die. Qm̄ die ac nocte grauata est
super me manꝰ tua. cōuersus sum in erumna mea
dum ↄfigitur ſpina. Delictum meū cognitū tibi
feci. et iniusticiā meā nō abſcōdi. Dixi cōfitebor
aduersum me iniusticiā meā dn̄o. et tu remiſiſti
impietatē peccati mei. Pro hac orabit ad te oīs
ſāctus in tēpore oportuno. Uerumtamen in dilu-
uio aquarū multarū ad eū nō approximabunt.
Tu es refugium meū a tribulatione que circum-
dedit me. exultatio mea erue me a circumdantibꝰ
me. Intellectum tibi dabo. et inſtruā te in uia hac
qua gradieris. firmabo ſup te oculos meos. olite
fieri ſicut equus et mulus. quibus nō est intelle-
ctus. In chamo et freno maxillas eorū ↄſtringe
qui nō approximāt ad te. Multa flagella peccato-
ris. ſperantes autē in dn̄o miſericordia circūdabit.
Letamini i dn̄o. et exultate iuſti. et gloriamini
omnes recti corde. Gloria patri. Psalmus.
DOmine ne in furore tuo arguas me. neq3
in ira tua corripias me. Quoniā ſagitte
tue infixe ſunt mihi. et cōfirmaſti ſup me manū

tuam. Non eſt ſanitas in carne mea. a facie ire
tue. Non eſt pax oſſibus meis a facie peccatorū
meorum. Quoniam iniquitates mee ſupgreſſe
ſunt caput meum. et ſicut onus graue grauate
ſūt ſup me. Putruerūt et corrupte ſūt cicatrices
mee. a facie inſipiētie mee. Miſer factus ſum. et
curuatus ſum uſqꝫ in finē. tota die ꝯtriſtatus in
grediebar. Quā lumbi mei impleti ſūt illuſioni
bus. et nō eſt ſanitas in carne mea. Afflictus
ſum et humiliatus ſum nimis. rugiebam a gemi
tu cordis mei. Dn̄e ante te ōne deſideriū meum
gemitus meus a te nō eſt abſcōditus. Cor meū
cōturbatū eſt in me. dereliquit me uirtus mea. ⁊
lumen oculorū meorū. et ip̄m nō eſt mecū. Ami
ci mei. et proximi mei. aduerſum me appropin
quauerūt et ſteterūt. Et qui iuxta me erāt de lō
ge ſteterūt. et uim faciebāt qui querebāt aīmā
meam. Et qui inquirebāt mala mihi locuti ſūt
uanitates et dolos tota die meditabātur. Ego
autē tāqꝫ ſurdus nō audiebā. et ſicut mutus nō
aperiēs os ſuū. Et factus ſum ſicut homo non
audiēs. et nō habēs in ore ſuo redargutiones.
Quoniā in te dn̄e ſperaui. tu exaudies me. dn̄e
deus meus. Quia dixi nequādo ſupgaudeāt mihi
inimici mei. dum cōmouētur pedes mei. ſup me
magna locuti ſūt. Quoniam ego in flagella pa
ratus ſum. et dolor meus in cōſpectu meo ſemp.
Quoniā iniquitatē meā annūtiabo. et cogitabo
pro peccato meo. Inimici autē mei uiuūt. et cō
firmati ſūt ſup me. et multiplicati ſūt. qui ode
runt me inique. Qui retribuūt mala pro bonis

detrahebāt mihi. quī ſequebar bonitatem. Ne de
relinquas me dn̄e ds̄ meus. ne diſceſſeris a me
Intende in adiutoriū meū dn̄e ds̄ ſalutis mee.
Miſerere mei deus ſecundum ma- Gloria
gnam miſericordiā tuā. Et ſecundū multitu-
dinem miſerationū tuarū dele iniquitatem meā.
Amplius laua me ab iniqtate mea. et a peccato
meo mūda me. Quī iniquitatē meā ego cognoſco
et peccatū meū contra me eſt ſemp̄. Tibi ſoli pec
caui. et malū corā te feci. ut iuſtificeris in ſermoī
bus tuis. et uincas cū iudicaris. Ecce enim ī ini
quitatibus cōceptus ſum. et in peccatis ↄcepit me
me mater mea. Ecce enim ueritatē dilexiſti incer
ta et oculta ſapientie tue manifeſtaſti mihi. Aſp
ges me dn̄e yſopo. et mūdabor. lauabis me. et ſu
per niuē dealbabor. Auditui meo dabis gaudiuȝ
et leticiam. et exultabūt oſſa humiliata. Auerte
faciē tuā a peccatis meis. et omnes iniqtates me
as dele. Cor mūdum crea in me deus. et ſpiritū
rectum inoua in uiſceribꝰ meis. Ne proiicias me
a facie tua. et ſpiritum ſāctum tuum ne auferas
a me. Redde mihi leticiā ſalutaris tui. et ſpiritu
principali cōfirma me. Docebo iniquos uias tuas
et impii ad te cōuertētur. Libera me de ſanguini
bus deus ds̄ ſalutis mee. et exultabit lingua mea
iuſticiā tuam. Dn̄e labia mea aperies. et os meū
annūtiabit laudē tuam. Quī ſi uoluiſſes ſacrifi-
cium dediſſem. utiqȝ holocauſtis nō delectaberis.
Sacrificium deo ſpiritus cōtribulatus. cor contri
tum et humiliatū deus nō deſpicies. Benigne
fac dn̄e in bona uolūtate tua ſyon. ut hedificētur

muri hyeruſalem. Tunc acceptabis ſacrificiū iu
ſticie oblationes et holocauſta. Tunc imponēt
ſuper altare tuū uitulos. Gloria. Pſalm' dauid.
Domine exaudi orōnem meā. et clamor
meus ad te ueniat. Non auertas faciē tuā
a me. in quacūqz die tribulor. inclina ad me aurē
tuam. In quacūqz die īuocauero te. uelociter exau
di me. Quia defecerūt ſicut fumus dies mei. 7 oſ
ſa mea. ſicut cremiū aruerūt. Percuſſus ſum ut fe
num et aruit cor meū. quia oblitus ſum comedere
panē meum. A uoce gemitus mei adheſit os meū
carni mee. Similis factus ſum pellicano ſolitudi
nis. factus ſum ſicut nocticorax in domicilio. Uigila
ui et factus ſum ſicut paſſer ſolitarius ī tecto. To
ta die exprobrabant mihi inimici mei. et qui lau
dabāt me. aduerſum me iurabāt. Quia cinerē tāqz
panē mādūcabam. et poculū meū cū fletu miſcebā.
A facie ire indignationis tue. quia eleuās alliſi
ſti me. Dies mei ſicut umbra declinauerūt. et ego
ſicut fenū arui. Tu autē dn̄e in eternū pmanes. 7
memoriale tuum in generatione. 7 generationem.
Tu exurgens miſereberis ſyon. quia tēpus miſerē
di eius quia uenit tēpus. Qm̄ placuerūt ſeruis tu
is lapides eius. et terre eius miſerebuntur. Et time
bunt gētes nomē tuū dn̄e. et omnes reges terre
gloriam tuā. Quia hedificauit dn̄s ſyon. et uide
bitur in gloria ſua. Reſpexit in orōnes humiliū
et nō ſpreuit preces eorū. Scribantur hec in gene
ratione altera. et populus qui creabitur laudabit
dn̄m. Quia proſpexit de excelſo ſācto ſuo. dn̄s de
celo in terrā aſpexit. Ut audiret gemit' ꝯpeditor

et ſolueret filios interēptorum. Ut annuntient
in ſyon nomen dñi. et laudem eius in ieruſalē.
In cõueniēdo pplos in unū. et reges ut ſeruiant
dño. Reſpondit ei in uia uirtutis ſue. paucitatē
dierū meorū nūtia mihi. Ne reuoces me in dimi
dio dierū meorū. in generatiōe et generationē an
ni tui. Initio tu dñe terrā fūdaſti. et opa manu
um tuarū ſūt celi. Ipſi peribūt tu autē pmanes.
et oēs ſicut ueſtimentū ueteraſcēt. Et ſicut oper
torium mutabis eos et mutabuntur. tu autē idē
ipſe es. et anni tui nō deficiēt. Filij ſeruorū tuorū
habitabūt. et ſemen eorū in ſeculū dirigetᷣ. Glā.
De profundis clamaui ad te dñe. dñe exau
di uocē meā. Fiant aures tue intendentes
in uocē deprecationis mee. Si iniquitates obſeͬ
uaueris dñe. dñe quis ſuſtinebit. Quia apud
te propitiatio eſt. et propter legē tuam ſuſtinui
te dñe. Suſtinuit aīa mea in uerbo eius. ſpera
uit aīa mea in dño. A cuſtodia matutina uſqꝫ
ad noctē ſperet yſrael in dño. Quia apud dñm
miſericordia. et copioſa apud eū redēptio. Et ipſe
redimet yſrael ex omnibus iniquitatib' ei'. Glā
Domine exaudi orationē meā. auribus p
cipe obſecrationē meā. in ueritate tua ex
audi me ī tua iuſticia. Et nō itres in iudiciū cū
ſeruo tuo. quia nō iuſtificabitur in cōſpectu tuo ō
nis uiuēs. Quia pſecutus eſt inimicus aīaꝫ me
am. humiliauit in terra uitā meā. Collocauit me
in obſcuris ſicut mortuos ſeculi. et anxiatus eſt
ſup me ſpiritus meus. in me turbatū eſt cor meū.
Memor fui dierū antiquorū. meditatus ſum in

omnibus operibus tuis. et in factis manuũ tuaruꝫ meditabor. Expandi manus meas ad te anima mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me dñe. defecit sps̄ meus. Non auertas faciē tuā a me. et similis ero descēdentibus in lacũ. Auditā fac mihi mane misericordiā tuā. quia in te speraui. Notam fac mihi uiam. in qua ambulē. quia ad te leuaui animā meā. Eripe me de inimicis meis dñe ad te cōfugi. doce me facere uolũtatem tuam. quia deus meus es tu. Spiritus tuus bonꝰ deducet me in terrā rectam. propter nomē tuum dñe uiuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione aīam meā. et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. Et perdes oēs qui tribulāt aīam meā. qm̄ ego seruus tuus sum. Gloria. An. Ne reminiscaris dñe delicta nr̄a uel parētum nr̄oꝝ. neqꝫ uindictam sumas de peccatis nr̄is. domine ds̄ nr̄. Ad impetrandum auxiliuꝫ a dño deo nr̄o. Inuocatio.

Kyrieleison
Christeleison.
Kyrieleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos
Pater de celis deus miserere nobis.
Fili redēptor mũdi deus miserere nobis
Spiritus sancte ds̄ miserere nobis.
Sancta trinitas unus deus miserere nobis.
Sancta maria mat̄ dei nr̄i ora ꝓ nobis.
Scta dei geītrix or̄.
Scta ũgo ũginũ or̄.
Scte michael. or̄.
Scte gabriel. or̄.
Scte raphael. or̄.
Omnes sācti angeli et archāgeli orate.
Scte ioānes bapta or̄.
Oēs scti pr̄iarce ⁊ prophete orate pro nob̄.

Scte Petre or.
Scte paule or.
Scte andrea or.
Scte iacobe or.
Scte ioannes or.
Scte thoma or.
Scte iacobe or.
Scte philippe or.
Scte bartholomee or.
Scte mathee or.
Scte simon or.
Scte thadee or.
Scte mathia or.
Scte barnaba or.
Scte luca or.
Scte marce or.
Omnes sācti apostoli
et euāgeliste orate p n̄.
Oēs sc̄i discipuli dn̄i
orate pro nobis.
Oēs sc̄i inocētes orat.
Scte stephane or.
Scte laurenti or.
Scte uincēti or.
Scte fabiane or.
Scte sebastiane or.
Scte blasi or.
Scti ioannes ⁊ paule.
orate pro nobis
Scti gosma ⁊ damiane.
orate pro nobis.

Scti geruasi ⁊ protasi
orate pro nobis.
Omnes sc̄i martires
orate pro nobis.
Scte siluester. or.
Scte gregori. or.
Scte martine or.
Scte augustie or.
Scte ambrosi or.
Scte hieronime or.
Scte nicholae or.
Scte ludouice or.
Scte iuliane or.
Omnes sc̄i pōtifices ⁊
confessores orat.
Oēs sc̄i doctores orat.
Scte benedicte orat
Scte francisce or.
Scte antoni or.
Scte dominice or.
Scte bernardine or.
Omnes sācti monaci ⁊
heremite orat
Omnes sācti sacerdo
tes et leuite orat
Scta maria magdale
na ora pro nobis.
Scta agnes or.
Scta lucia or.
Scta cecilia or.
Scta agatha or.

Scta caterina or.
Scta clara or.
Scta helisabeth or.
Omēs scte uirgines et or.
uidue orate pro nobis
Omēs sctī et scte dei interce
dite pro nobis
Propitius esto parce nob
domine.
Propicius esto exaudi
nos dne.
Ab omni malo libera nos.
domine. L.
Ab oī peccato L.
Ab ira tua L.
A subitanea et iprouisa
morte L.
Ab insidiis diaboli L.
Ab ira et odio et oī mala
uoluntate L.
A spiritu fornicatiōis L.
A fulgure et tēpestate. L.
A morte perpetua L.
Per misterium scte incar
nationis tue L.
Per aduētū tuum. L.
Per natiuitatē tuam L.
Per baptisimum et san
ctum ieiuniū tuū. L.
Per crucē et passionē tuā
libera nos domine.

Per mortē et sepul
turam tuam. L.
Per sctam resurrec
tionem tuam. L.
Per admirabilē ascē
sionē tuam L.
Per aduētum sp̄s scī
paracliti L.
In die iudicii L.
Peccatores te roga
mus audi nos.
Ut nobis pcas. t.
Ut nobis indulgeas t.
Ut ad uerā peni t.
tenti am nos pducē
digneris t.
Ut ecclesiam tuam
sanctā regere et cōser
uare digneris. t.
Ut domū apostoli
cum et oēs ecclesiasti
cos ordines in sācta
religiōe cōseruare
digneris t.
Ut regibus et princi
pibus xp̄ianis pacē
et uerā ꝯcordiā dona
re digneris t.
Ut nos nīpsos in tuo
scto seruitio ꝯfortare
et cōseruare digneris.

Ut mentes nr̃as ad celestia desideria erigas. t̃
Ut oĩbus bñfactoribus nr̃is sẽpiterna boã retribu
as. t̃. Ut aĩas nr̃as fratrum propinquorũ. et bene
factorum nrõrum ab eterna dãnatione eripias. t̃.
Ut fructus terre dare et cõseruare digneris. t̃.
Ut oĩbus fidelibus defunctis requiẽ eternã donare
digneris. t̃. Ut nos exaudire digneris Fili dei. t̃.
Agnus dei qui tollis peccata mundi parce nobis
domine. Agnus dei qui tollis peccata mũdi exau
di nos dñe. Agnus dei qui tollis peccata mũdi mi
serere nobis. Xp̃e audi nos. Xp̃e exaudi nos.
Kyriel'. Xpel'. Kyriel'. Pater nr̃. Et ne nos indu
cas in tentationẽ. Sed libera nos a malo. Psal'.
Deus in adiutoriũ meũ intende. Dñe ad adiu
uandum me festina. Confundantur et re
uereantur. qui querũt animam meã. Auertantur
retrorsum et erubescãt qui uolunt mihi mala. Auẽ
tantur statim erubescẽtes. qui dicũt mihi euge eu
ge. Exultent et letentur in te oẽs qui querũt te. et
dicant semp magnificetur dñs qui diligũt saluta
re tuum. Ego uero egenus et paup sum. deus adiu
ua me. Adiutor meus et liberator meus es tu. dñe
ne moreris. Gloria pr̃i. ℣ Saluos fac seruos tuos
et ancillas tuas. deus meus sperantes in te. ℣ Esto
nobis dñe turris fortitudinis. ℟ A facie inimici. ℣
Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟ Et filius ini
quitatis nõ apponat nocere nobis. ℣ Dñe nõ se
cundum peccata nr̃a facias nobis. ℟ Neqꝫ secundũ
iniquitates nr̃as retribuas nobis. Oremus p papa
nr̃o. ℣. Dñs ↄseruet eum. et uiuificet eum. et beatum
faciat eum in terra. et nõ tradat eũ i aĩaꝫ inimicoꝝ.

eius. Oremus pro bn̄factoribus nr̄is. ℣. Retribuere dignare dn̄e oībus nobis bona faciētib⁹. propt̄ nomen sanctū tuū uitam eternā amen. ℣. Oremus pro fidelibus defūctis. ℣. Requiē eternā dona eis dn̄e. ℟. Et lux ꝑpetua luceat eis. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. Et pro fr̄ibus nr̄is absentibus ℣. Saluos fac seruos tuos. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Mitte eis dn̄e auxiliū de scto. ℟. Et de syon tuere eos. ℣. Dn̄e exaudi orationē meam. ℟. Et clamor meus ad te ueniat. Oratio.

Deus cui proprium est misereri semp̄ ꝑ pãcere. suscipe deprecationē nr̄am. ut nos et omnes famulos tuos. quos delictorū cathena cō stringit miseratio tue pietatis absoluat. Orō.

Exaudi q̄s dn̄e supplicū preces. et cōfitentium tibi parce peccatis. ut pariter nobis indulgentiā tribuas. benignus et pacem. Orō.

Ineffabilem nobis dn̄e misericordiaz tuā clemēter ostende. ut simul nos. et a peccatis omnibus exuas. et a penis quas pro his meremur eripias. Oratio.

Deus qui culpa offenderis penitētia placaris. preces populi tui supplicātis propicius respice. et flagella tue iracūdie que pro peccatis nr̄is meremur auerte. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus miserere famulo tuo ludouico duci nr̄o ac filys eius et dirige eos secūdum tuā clemētiam in uiaz salutis eterne. ut te donāte tibi placita cupiāt et tota uirtute pficiāt. Oratio.

Deus a quo scta desideria recta consilia

et iuſta ſunt opera. da ſeruis tuis illā quā mū-
dus dare nō poteſt pacē. ut et corda nr̄a in mā-
datis tuis dedita. et hoſtiū ſublata formidīe
tēpora ſint tua protectione trāquilla. Oratio.
Ure igne ſc̄ti ſpiritus renes nr̄os et cor
nr̄m dn̄e. ut tibi caſto corpore ſeruiam'
et mundo corde placeamus. Oratio.
Fidelium d̄s omnium cōditor. et redēptor
animabus famulorū famularūq; tuarū
remiſſionē cūctorū tribue peccatorū. ut indul
gentiam quā ſemp optauerūt piis ſupplica
tionibus ueniam conſequantur. Oratio.
Actiones nr̄as q̄s dn̄e aſpirando preueni
et adiuuādo proſequere. ut cūcta nr̄a ora
tio et opatio a te ſemper incipiat. et per te ce
pta finiatur. ORATIO.
Omnipotens ſempiterne deus qui uiuo
rum dn̄aris ſimul et mortuorū omniūq;
miſereris quos tuos fide et ope futuros eſſe
prenoſcis te ſuppliciter exoramus. ut pro qui
bus effundere preces decreuimus quoſq; uel
pn̄s ſeculū adhuc in carne retinet uel futurū
iam exutos corpore ſuſcepit. intercedentibus
omnibus ſc̄tis tuis pietatis tue clemētia om
nium delictorum ſuorū ueniam cōſequātur.
Per dominū nr̄m yeſum xp̄m filiū tuum. Qui
tecū uiuit et regnat in unitate ſpiritus ſancti
deus. Per oīa ſecula ſeculorum amen. ℣. Dn̄e
exaudi orōnem meā. ℟. Et clamor me' ad te
ueniat. ℣. Bn̄dicamus dn̄o. ℟. Deo gratias.
℣. Fideliū aīe p dei miſicōdiā requieſcāt i pace am̄.



Incipit officium Mortuoꝝ. Anta. Placebo dn̄o. Ps. Dilexi quoniam exaudiet dn̄s uocē oratiōis mee. Quia inclinauit aurē ſuaʒ mihi. et in diebus meis inuocabo. Circumdederūt me dolores mortis. et pericula inferni inuenerunt me. Tribulationem et dolorem inueni. et nomē dn̄i inuocaui. O dn̄e libera animā meam miſericors dn̄s et iuſtus. et deus nr̄ miſeretur. Cuſtodiēs paruulos dn̄s humiliatus ſum et liberauit me. Conuertere anima mea in requiē tuam. quia dn̄s benefecit tibi. Quia eripuit animam meā de morte. oculos meos a lacrimis pedes meos a lapſu. Placebo dn̄o in regione uiuoꝝ. Requiem eternā dona eis dn̄e. et lux perpetua luceat eis. an̄. Placebo dn̄o i regione uiuorum. a' Heu m. Ad dn̄m cum tribularer clamaui. Require ad primā. Ant. Heu mihi dn̄e quia icolat' meus prolōgatus eſt. a' Dn̄s cuſtodit. Pſalmus Leuaui oculos meos ⁊c. ut ſupra. Ad p̄mā. a' Dominus cuſtodit te ab omni malo. cuſtodiat animā tuam dn̄s. an̄. Si iniqtates. De profundis clamaui ⁊c. Reqre i ſeptē. Ant. Si iniquitates obſeruaueris dn̄e. pſalmus domine quis ſuſtinebit. a' Opa manuum. Pſal. Confitebor tibi dn̄e in toto corde meo. quoniā audiſti uerba oris mei. In cōſpectu angeloꝝ pſallam tibi. adorabo ad templum ſanctum tuum. et cōfitebor nomini tuo. Super

miſericordia tua et ueritate tua. quõ magnificaſti
ſuper omne nomen ſanctum tuum. In quacũqz
die inuocauero te. exaudi me. multiplicabis in
anima mea uirtutem. Confiteantur tibi dñe oẽs
reges terre. qui audierunt oĩa uerba oris mei.
Et cantẽt in uijs nomen dñi. quõ magna eſt glo
ria dñi. Quõ excelſus dñs et humilia reſpicit.
et alta alonge cognoſcit. Si ambulauero ĩ me
dio tribulationis uiuificabis me. et ſup irã ini
micorũ meorũ extẽdiſti manũ tuam. et ſaluũ
me fecit dext'a tua. Dñs retribuet pro me mi
ſericordia tua in ſeculũ. et opa manuũ tuarum
ne deſpicias. Requiem. añ. Opa manuũ tuarũ
ne deſpicias. ℣. Audiui uocẽ de celo dicẽtẽ mihi
℟. Bti mortui qui in dño moriuntur. añ. Omne qđ.
Magnificat aĩa mea dñm ꝛc. Require in ueſ
peris dñe. Requiem. Añ. Omne qđ dat mi
hi pater ad me ueniet. et eũ qui uenit ad me nõ
eiciam foras. Pater nr̃.
Lauda aĩa mea dñm. laudabo deum ĩ uita
mea pſallam deo meo qz diu fuero. Nolite
confidere in pricipibus. neqz in filijs hominum
in quibus nõ ẽ ſalus. Exiuit ſpirit' eius et reuer
tetur in terram ſuam. in illa die peribũt oẽs cogi
tationes eorũ. Beatus cuius deus iacob adiutor
eius. ſpes eius in dño deo ipſius. qui fecit celũ et
terram mare et oĩa que in eis ſũt. Qui cuſtodit
ueritatẽ in ſeculũ facit iudicium iniuriã paciẽtib'
dat eſcam eſurientibus. Dñs ſoluit cõpeditos. do
minus illuminat cecos. Dñs erigit eliſos. dñs di
ligit iuſtos. Dñs cuſtodit aduenas. pupillum ꝛ

uiduam ſuſcipiet. et uiam peccatorum diſperdet.
Regnabit dn̄s in ſecula ds̄ tuus ſyon in omni
generatione et gn̄atione. Requiem. ℣. Requieſ-
cant in pace. ℟. Amen. ℣. Dn̄e exaudi orationem
meā. ℟. Et clamor meus ad te ueniat. Oratio.
DEus qui inter apoſtolicos ſacerdotes famu
los tuos pontificali ſeu ſacerdotali feciſti di
gnitate uigere preſta queſumus ut eorū quoqꝫ
ꝑpetuo aggregētur cōſortio. Oratio.
DEus uenie largitor et hūane ſalutis ama
tor. queſumus clemētiam tuā. ut nr̄e cōgre
gationis frēs ſorores propinquos et bn̄factores
nr̄os qui ex hoc ſeculo trāſierūt. bt̄a maria ſemꝑ
uirgine intercedēte cū omnibus ſāctis tuis ad
perpetue btitudinis cōſortiū peruenire cōcedas.
FIdelium deus omniū ꝯditor et redemptor
aīabus famulorū famularūqꝫ tuarū. remiſ
ſionem ꝯctorū tribue peccatorū. ut indulgētiam
quam ſemꝑ optauerūt pijs ſupplicationibus
ueniam cōſequātur. Per dnm̄ nr̄m yh̄z xp̄m &c.
Ad matutinū inuitatorium. Regem cui oīa
uiuunt Venite adoremus. Pſalmus dauid.



VENITE exultemus dn̄o iu
bilemus deo ſalutari nr̄o preoccu
pemus faciem eius in cōfeſſione
et in pſalmis iubilemus ei. Regē
cui oīa uiuūt uenite adoremus.
Quoniam deus magnus dn̄s. et rex magnus
ſuper omnes deos. quoniā nō repellet dn̄s ple
bem ſuam. quia i manu eius ſūt oēs fines terre.
et altitudines mōtium ipē cōſpicit. Veite ado

remus. Quoniam ipsius est mare. et ipse fecit
illud. et aridam fundauerunt manus eius. Ue
